

riens:) aut vehementer percussi, *Jerem. V, 3.* vel valde attoniti, ut *Deut. II, 25.* dabo formidinem tui super populos, *וְהָלַךְ מִפְּנֵי*. Sic de terrâ *Jerem. LI, 29.* contremiscet terra, *וְהָלַךְ* & *dolebit*, quia firmata est cogitatio Domini contra Babel. Huc illud *Mal. I, 6.* quod Deo omnis debeatur timor, ac reverentia *Vulgat.* mota est. *Pagninus:* contremiscit. Hinc *Stephanus & Kimchi* censent *infini-* cum cum *Jod paragogico*, quod per enallagen pro prateritô ponatur. Aliter *Campensis:* quod ipsa contremuerim tota terra: nimirum *Jod* accepit, tanquam affixum: *contremiscere meum*. Verum id parum cohæret cum voce *וְהָלַךְ*, ut cuius obivum. Pro imperativô tamen habet *Aben-Esra, Muis, Belga, Felix, Cajetanus.*

אֶרֶץ terra:) hujus solius fit mentio in respectu ad antecedens quæsitum, quia scilicet terra in se complectitur mare, Jordanem, montes, colles. *Kimchi.*

אֶרֶץ אֶפְרַיִם à facie:) notetur epizeuxis, qualis *Ps. XCIV, 3. XCVI, 7. 13. &c.*

יַעֲקֹב coram Deo Jacob:) restringitur h. m. nomen *יַעֲקֹב* ne vel Jovem vel Molochum aut *Adonidem*, (quod postremum non pauci ebraei *אֶרֶץ* opinantur,) innui opinemur, ad Deum illum, qui Jacobo se revelavit, aque ejus posteris colitur secundum revelatam ipsius in verbô voluntatem.

EXPLICATIO VERSUS VIII.

הַפֶּתַח qui convertit:) novum hoc est argumentum reverentia modo requisita, quia nimirum non solummodo mari, fluviiis, montibus ac collibus suum probavit Deus robur, extraordinariè vehementerque eadem commovendo, verum quia petram quoque mirabiliter convertit in fontem, &c. *He* hoc præfixum non est emphaticum, sed relativum, *qui*, ut *Psalm. CIII, 3. וְהָלַךְ* &c. vide *p. 109.* *Jod* autem à fine est rursus *paragogicum*, sicut aliquot nuper vidimus exempla *Psalm. CXIII, 5. seqq.* Porro ex verbô *הַפֶּתַח* *sub-* vertit, *convertit*, colligitur, aquas non intra venas forte petra latuisse, sed ortum habuisse ex durissimi corporis petra vel saxi mutatione aut conversione; *Genebrardus.*

צֶדֶד petram:) in Horeb scilicet virgâ Moïsis percussam, *Exod. XVII, 6. & Num. XX, 11.* vide *Psalm. LXXVIII, 15.* scidit rupes: *Psalm. CV, 4.* aperuit rupem & fluxerunt aquæ.

אֲנִים in stagnum aquarum:) i. e. ut tam copiosæ illinc manarent aquæ, quæ in locis declivioribus collectæ, immensa replerent spatia, adeo ut tot myriades hominum ac jumentorum abunde illinc petere possent, quæ ad levandam sitim, lotiones, aliosque usus essent necessaria. Hôc nomine autem comprehenditur quævis spatiosior aquarum collectio, qualis in Ægypto ex aquis Niliacis, *Exod. VII, 21. VIII, 5.* vid. *Psalm. CVII, 35.* ponit desertum *אֲנִים*. Ellipsin præfixi (א) ante vocem hanc colligimus ex membrô sequente. De ubertate aquarum ex petra manantium vide *sis*, quæ ex *Abarbin. & Nachmanide* affert *Buxt. exerc. p. 413. seq.*

חַלְמִישׁ silicem:) idem designatur, quod modo voce *צֶדֶד* petra. Hinc conjunctim legimus *Deuter. VIII, 15.* eduxit tibi aquas *חַלְמִישׁ* & *cap. XXII, 13.* ut suggeret mel de petrâ, & oleum *חַלְמִישׁ* præter quos textus non nisi bis ad-

A huc legitur. *Job. XXVIII, 9.* *חַלְמִישׁ* misit manum suam, & subvertit à radice montes: & *Jes. L, 7.* statui faciem meam *חַלְמִישׁ*. Adeoque rursus eadem dicuntur per epexegefin, ut antea non semel.

לְמַעַן in fontem aquarum:) unde scilicet aquæ jugiter emanarent, ut sic in absumentarum, locum succederent semper novæ, *Vav* in fine est *paragogicum* *p. 120. n. 3.* Aliqui fontem hunc intelligunt de eo, qui in Kades prope Moab extitit, qui minoris fuerit copiarum durationisque, cum prior prope Sinai per annos 39. usque ad terminos prope terræ sanctæ stagna aquarum suppeditaverit: Ita *Genebrardus.* Verum neque hic firmum satis subest fundamentum.

USUS PRACTICUS E VERSU I.

[1] *Veterum Dei miraculorum beneficiorumque nunquam licet oblivisci:* 1. Cor. X, 6. seqq. Rom. XV, 4. *Quæ majores nostros juverunt, juverunt simul & nos: alias non adessemus nunc ipsimet.*

[2] *Ire, exire, & loco se movere decenter posse, quantæ sit felicitatis, norunt ægri, claudi, captivi. Grato igitur pectore agnoscamus talia.*

B [3] *Ægypti infernalis adempta per Christum tyrannis agnosci debet grato pectore:* Coloss. I, 13. II, 13. seqq.

[4] *Barbarorum, quorum linguam non callemus, tyrannidem deprecemur omnes:* Jer. V, 15. Ezech. III, 5. 6. Deuter. XXVIII, 49.

[5] *Donum lingvarum multis de causis est commendandum:* 1. Cor. XII, 10.

USUS E VERSU II.

[1] *Ecclesia est peculium DEi sanctum: unumquodque ejusdem membrum gloriari potest de hac dignitate:* Tit. II, 14. Exod. XIX, 6. Ephes. II, 10. 1. Cor. III, 16. VI, 19. 2. Cor. VI, 16. Joh. XIV, 23.

[2] *Vivamus igitur sanctè; alienati prorsus à mundi moribus profanis:* 1. Petr. I, 15.

[3] *Si dominio subsumus divino, eidemque pater-no ac benignissimo, quid demonum appetimus subsidia supersticiosa, magica, pestifera? quid eorum etiam metuimus furores.*

USUS E VERSU III.

C [1] *Si mare inanimatum vastumque promittit adeo suscepit iussa, presentemque reveritum est DEum suum, quid nos decebit, qui ad DEi sumus conditi imaginem? Pudeat te, homo; stuporis tanti! conf. Jes. I, 2. 3. Jerem. VIII, 7.*

[2] *A Jordane recedente prævaricator discat mutare suas vias:* Jesai. LV, 7. LVIII, 13. & recedere à malo, c. I, 16. Psalm. XXXIV, 15.

[3] *De maris fluviorumque meatibus, motibus, notabilibusque aliis docebunt te Physici.*

USUS E VERSU IV.

[1] *De terræ motibus, magnisque montium, turrium urbiumque & regionum concussionibus, iterum consulendi Physici & Historici.*

[2] *Arietum gregumque in pratis lascivientium motus, aliàs benedictionis divina sunt signum:* Psalm. LXV, 14.

[3] *Moveantur imprimis corda nostra, conante Dei Spiritu per verbum:* Actor. II, 37. X, 44. XVI, 14.

USUS E VERSU V. & VI.

[1] *Quæstio, ad mare Jordanemque directâ, admoneat nos quæstionis instituenda olim: quid fuit tibi? quid fecisti? Genes. IV, 10.*

(2) *Ubi vivis*